



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Agapitus M. 18. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

## S. AGAPITUS M. 18. Augusti.

**E**TIAM AGAPITI citius annos, qui XV. tantum fuere, quam pugnas numeres. Nervis enim primò derisimè cæsus talem se præbuit, ut Sparta suum diceret, nisi Præneste sibi vindicaret. Mox in carcere quatuor diebus sine omni cibo degens suo succo, hoc est, cæli deliciis vixit. Inde iterum protractus vivas carbones in capite circumtulit, pulchrè ipso supplicio suo coronatus. Sub hæc vestibus spoliatus omnibus, ad luctam se jam expeditiorem credidit. Ab equuleo expedibus pendulus gravifus est è terrâ sublatum cælo se propiorem esse. Flagris pessimè acceptus nuditatem tunc domesticâ purpurâ textit, sanguine. Iam ubi fumum pendenti Antiochus præses subiecit, risit etiam hunc, ut cuius consilia omnia denique in fumum abirent. Tum verò geminari verbera, & perfundi pectus bulliente à flammis aquâ, & pugnis frangi malas Athletæ tyrannus iussit. Sed hic, non ille etiam hæc sensit supplicia, vi divinâ è tribunali, mox etiam è vitâ exturbatus. Aurelianus ergo Imp. morte *Agapiti* Antiocho suo parentaturus ad bestias damnavit invitum. Sed hæc cum pedes victoris lamberent, docuerunt humanitatem in feras, feritatem in tyrannum immigrasse. Tandem



19. Aug. VITÆ SANCTORUM. 515  
dem *Agapitus* decollatus intra geminas  
columnas dicere sine mendacio *Herculi*  
potuit, *Plus Ultra. Ex Ferrar.*

*Si membris integris, & valentibus flores,*  
*noli corporis robore & viribus gloriari; sed*  
*considera quot & quanta corpori pericula*  
*immineant; quamvis enim ad exiguum*  
*tempus corpus nostrum firmum sit, tamen*  
*quid posterior paritura sit dies, ignoramus.*  
S. Ephrem de Vit. spir.

S. LUDOVICUS EPISC.

19. Aug.

**L**UDOVICUM Caroli Regis Siciliae  
primò, pòst S. Francisci filium tenes.  
Puerulus somnum stans humi precationi-  
bus interpellavit. Caponem, quò pau-  
perum prada esset, pio furto è mensâ  
ablatum, cum parens id subodoraretur,  
in rosas vertit. Arma ludicra tractan-  
tem cum equis abjecisset, vicissim mun-  
dum ludibrio habiturus, arma ipse &  
equos abjecit. Quare quo die soror in  
manum hominis convenit, ipse sacris  
initiatus virginitatem Deo despondit,  
dæmonemque sub sele insidiantem si-  
gno Crucis elusit. Ager voto ad D. Vir-  
ginem facto è morbo surrexit, & in  
D. Francisci familiam abiit. Inde ad  
Pontificatum Tolosanum evectus est.  
*Virginem* uti in omni vita, ita in mor-  
te frequentissimè salutavit. *Causam ro-*  
gatus.

Kk 2

gatus.